

B. N. II 150.

h. 3919.

(X 1785353)



B. C. D.

Thema

Juris Gentium Publici,

DE

JURE AVOCANDI

CIVES ET INCOLAS

ex territorio alieno,

Indultu Incltyti Ordinis Juridici

in ACADEMIA LIPSIENSI

SUB PRÆSIDIO

DN. GEORGII BEYERI,

U. J. Doctoris Celeberrimi,

Patroni ac Hospitis sui omni

memoria devenerandi

solenni ventilationi

Ad diem 8. Novembr. Anno 1695.

exhibet

A. & R.

JOHANN FRIDERICUS PRINZ,

Bud. Lusat.

LIPSIÆ, literis KRÜGERIANIS.

40

H. D. ...
442

B. C. D.

Thoma

Juris Gentium Publici

DE

JURIS AVOCANDI

CIVIS ET NICOLAS

EX ORDINE HONORIS

IN ACADEMIA

IN ACADEMIA



DR. GEORGII BEYERI

U. J. Doctoris Celeberrimi

Prætoris Hæretici

Magistri

solenni veneratione

Ab anno 8. Novemb. Anno 1697.

Actum

N. C. A.

JOHANNI ERICUS PRINZ

Pub. Linc.

Librarius hinc & hinc





Q. D. B. V.

Legitimitas ad thematis tractationem §. 1. Explicatio terminorum §. 2. non possunt avocari cives dimissi licet jussu novi Imperantis pristinae Reip. noceant. §. 3. Quid si sponte nocuerint. §. 4. recte avocantur subditi alibi saltem agentes. §. 5. & 6. Limitatio §. 7. an possint avocari qui sedem plane mutarunt? recensentur averse opinioniones. §. 8. seq. Cause Civitatum constituendarum §. 10. constitutarum vulgares, §. 11. examinantur. §. 12. Cause veriores civitatis constituta, §. 13. responsio ad objectiones, §. 14. integra Civitas sponte dissolvi non potest. §. 15. Certa verò persona inde eximi §. 16. respondetur ad rationes contrarias: I. amorem patrie ibid. II. ad Jus Romanum, §. 17. III. ad obligationem pro bono communi. §. 18. IV. obedientiam ex lege divinã magistratui prestandam, §. 19. V. ad subductionem furtivam & instantiam à divortio, §. 20. VI. quod parti recedere non liceat à corpore §. 21. VII. ad mores Gentium §. 22. II X. Jus semel translatum denuò non posse transferri. §. 23. Probatnr avocationi locum non esse, §. 24. sine distinctione inter originarios & ascitos, §. 25. etiã quoad gregatim discedentes. §. 26. Obtinet tamen avocatio I. ex speciali modo consociationis. §. 27. II. Ex imminente Reipubl. periculo. §. 28. seq. III. Ex singulari legis prohibitione, §. 30. Limitatio. §. 31. IV. ex obligatione speciali. §. 32. An etiam ob neglectam discessus denunciationem, §. 23. de fundamento census emigrandi. §. 34. An quis legatus esse possit ad rempubl. ex quã excessit. §. 35. Conclusio. §. 36.



Vando de jure avocandi discursum inscribo, constat, controversiam mihi non fore, quid *ere* cujusque Imperantis circa avocationem futurum sit; nimis enim profunda mihi est sceptrorum reverentia, quam ut privatus & adjuvandi regiminis publici hucusque imperitus non expetita consilia jactando audaces & tantum non sacrilegas manus moderationi illorum supponam, vel quæ arcana esse vult status, temerario ausu evulgare annuntiar, quippe satis edoctus, salutem publicam ad omnes, curam, ejus ad paucos, neque ad alios quam à Principe, ejus subeunda causæ avocatos spectare. De *jure* verò avocandi disquiri rectè posse confido, quia Juris Gentium tractatio cuilibet fiduciâ studiû juridici subnixo patet, quia Principes ipsi publicè propositis declarationibus justitiam causæ suæ subditis ostendere solent, quia denique & Juris Publici Imperii Rom. Germani tractatio pro statu hodierno conatibus indifferentibus & imò laudabilibus accensetur.

¶. 2. Ne quem verò moretur terminorum ambiguitas, paucis dabo conceptum inscriptionis: Jus nobis est non lex sed facultas justè agendi. Jus Gentium est species Juris Divini quæ versatur circa actiones in societate Gentium (i. e. hominum sibi invicem æqualium, neque aliò quam solò humanitatis vinculo unitorum) obvenientes; & quandoque etiam denotat mores multarum gentium, quò fere significatu utuntur ii, qui Jus G. pro specie juris humani venditant. Estque vel privatum, quod singulos homines; vel publicum, quod Civitates ad se invicem consideratas concernit. Avocare est, hominem, qui territorio excessit, repetere, seu cogere ut sub imperio nostro persistat, nec quicquam commodo nostro adversum suscipiat. Civis vocabulo denotamus omnem hominem liberum qui juris fruendi vitæque feliciter agenda gratiâ cum aliis sub eadem summâ potestate plenè unitus est. Vid. Huber. *de jure Civit. edit. noviss.*

vis. L. 2. sect. 2. cap. 1. per incolas verò intelligimus omnes reli-
quos in territorio ob singulare negotium vel ad certum tem-
pus degentes, exceptis hospitibus principibus eorumque lega-
tis. Territorium denique est nobis districtus, in quo imperanti
supremam potestatem exercendi jus competit. Et ita quæri-
mus, an principi integrum sit, homines alibi nunc commoran-
tes repetendi utque ad pristinam sedem & obsequium redeant,
cogendi? In quâ materiâ specimine academico dignissima si
quas quæstiones ambitu ejus comprehensas & temporis angu-
stiâ constrictus & aliis distractus negotiis vel omisero vel pro-
thematis nobilitate non satis excussero, veniam à te, B. L. certò
mihi polliceor.

§. 3. Initio quidem certum videtur, principem non posse
avocare subditos jam plenè dimissos, neq; indictâ pœnâ ipsos
prohibere, ne ex post facto Imperante novo ita jubente ho-
stitia adversus rempubl. quâ excesserunt suscipiant. Uti enim
dimittens Respubl. juri suo in ipsos renunciavit, iisque alium
imperantem adsciscere liberum fuit, ita hic posterior non mi-
nus gaudet potestate actiones eorum ad commune bonum ob-
tinendum dirigendi, & obsequium absque exceptione scrupu-
losa exigendi. Obligationis verò erga priorem Remp. reliquæ
intra cancellos juris imperfecti subsistunt, quippe ex gratitudi-
nis lege descendentes, quæ proinde cedunt juri perfecto quò
novus ejusmodi civis novo Imperanti adstrictus vivit. Hinc
miles ab hoste, cujus civis esse spontaneâ dimissione desit, ca-
ptus non deterioris conditionis ac alii milites captivi esse, mini-
me omnium ut transfuga vel perduellis tractari debet.

§. 4. Quid verò si dimissus proprio motu noxia Reipubl.
quâ excessit agitaverit consilia, puta novum imperantem ad ar-
ma adversus istam capienda incitet, commercia ejus sufflami-
net, aliave talia suscipiat: Distingvendum videtur an facto po-
sitivo lædatur pristina Respubl. hostilitatis illatione vel ablati-
one & interceptione ejus, quod ad eam jure perfecto pertine-
bat; an verò saltem non adjuvetur, aut commoda omnibus par-

rentia, nec dum ipsi acquisita præripiantur, v. g. si novus Civis Reipubl. suæ talibus adsit consiliis, quibus studia, commercia, res bellica feliciter stabiliuntur & augmentur, etiam cum aliquo Reipubl. vicinæ, cui olim subfuit, detrimento. Priori casu non quidem puniri (quia non amplius est subditus,) nec ob ingratitude ad civitatem priorem revocari poterit; quod enim, servorum ingratorum pœna revocationem in pristinum statum involvat, aliâ ratione nititur ad casum præsentem ob jus quæsitum novi Imperantis non extendendâ. Poterit tamen ab ejus Principe pœna vel deditio postulari, iisve non obtentis ubi compos ejus læsa Respubl. fieri poterit, durior sumi vindicta; cum magis malignum involvat animum lædere eum cujus olim beneficia gratam fidelitatis memoriam infixerunt, quàm eum qui propensi animi documentis reciprocam amicitia debitum nunquam provocavit. Altero casu reipubl. pristina nulla vindicta superest, quia talia omittere vel intercipere non adverfatur juri perfecto, imò nec de juris imperfecti neglectu conqueri potest, si absq; illicitâ æmulatione & nocendi animo (de hoc verò non judicant homines) verum generis humani vel novæ Reipubl. commodum eximiè promoveatur; sibi enim imputet illa, quod iisdem mediis non invigilaverit.

§. 5. Contra dubium non est, subditos huc usque tales alibi saltem negotiantes vel ad tempus commorantes re ita jubente avocari, omniaque contra ipsos avocationem negligentes coactionis & pœnarum genera adhiberi posse; Nam apud hostes posthabita revocatione degens hostilis causæ particeps eoque Majestatis reus & perduellis censendus est, quo crimine atrocis civili pœnæ subjectum non invenimus. Quid quod? apud hostes deprehensus à tertio, cui subditus nunquam fuit, pro hoste regularitet habetur, quia nempe discedere, nisi hostium partes amplecti maluerit poterat. Sed si subditus ab hoste avocatus bona quædam in territorio hostili relinquat, illis ab avocante exui nequit; cum neque commodè ex territorio hostili exportari
pos.

possint, neque tantum exinde præjudicium quam ex persona in hostico commorante metuendum sit.

§ 6. Neque putamus Avocationem subditi eo eludi posse, si ipse compertis avocatoriis reipubl. avocanti è vestigio renunciet; Quamvis enim *inferius* jus migrandi comprobaturi simus; hõc tamen casu contrariam sententiam efflagitant circumstantiæ: Non solent edicta avocatoria decerni, nisi urgente necessitate vel commodo publ. cui qui avocationem despicit, directò contrarius esset; quod profectò ab omni fide reipubl. servandâ alienum foret. Quid enim magis perfidum quam propterea ex civitate discessum urgere, ut statim, ubi discesseris, hostis fias? Sanè omnis hostilitatis intentio animo subditi, quamdiu talis est, exesse debet, & præstat cohibere ejusmodi malitiam, quam proprio detrimento nocendi libertatem concedere, & eventuum incertitudinem donec fortis benignitas arma ipsi extorqvendi occasionem reddiderit, expectare. Imò si extraneum læsionem parantem in statu naturali prævertere necessariis mediis injustum non est, multo magis licebit principi subditum perfidum in officio continere. Idem dicendum est, si quodvis aliud detrimentum positivum per renuntiationem intendatur, quia subditus, quamdiu talis est, gloriam & commodum reipubl. licitis modis promovendam pro lege suprema habere debet.

§. 7. Distingvi tamen velim, utrum quis sponte penes hostem maneat, de quò §. præced. an ex promisso ante exortum bellum factò nunc ab hoste detinearur, neque dimissionem impetrare possit; quo casu nec hostis, cui operas avocatus locavit, eum dimittere tenetur, nec avocatus proinde pro perfido habendus est, quippe necessitate adactus ad negotium quod Reip. suæ non placitum prævidere non poterat. Præsertim si consuetudine regionis liberum fuerit servitia militaria exteris addicere, uti in Germania R. J. de anno 1570. §. Denselben. & Græcia olim, cujus cives non solum ab unâ Reipubl. in aliam, sed & in Persiam barbaro, uti vocabant, Regi militatum ibant. *Arnif. de Republ.*

Republ. L. 1. c. 5. S. 8. n. 10. § 11. Declarare ergo & probare debet, penes se non esse, quo minus mandato avocatorio pareat; & abstinere tenetur ab hostilitate erga remp. cui adhuc subest. Neque ad eam invadendam cogi poterit ab eo cui operas militates locavit, quia tacite à promissione licet generali excepta censetur *Republ. cujus subditus est.* Solent etiam hodie principes avocatis hoc casu saltem humanitatis causa discessum non denegare.

§. 8. Illa vero quæstio anceps & in utramque partem agitata deprehenditur, an subditum commodioris vitæ causa migrantem sedemque fortunarum mutantem in territorium revocare liceat? Negantes deprehendimus *Wicquetfort. dans l' Ambassad. L. 1. c. 11. Huberum de Jure Civitat. L. 2. Sect. 2. c. 1. posit. 28. - 43. B. Dn. à Pufend. de L. N. & G. L. 8. C. 11. §. 2. 3. 4. & in dissert. Academ. de Oblig. erga patriam §. 35 - 38. p. m. 84 - 96. Grotium de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 24. Conringium Diss. de Cive & Civitate in genere lib. 24. Virrar. Jur. Nat. & Gent. L. 2. c. 5. Q. 35. seqq. Kulpis Colleg. Grot. Exere. IV. lib. 8.* Affirmantes verò *Bodinum de Republ. L. 1. c. 6. p. m. 91. Arniseum in Doctrin Polit. c. 6. p. m. 148. sq. & de Republ. L. 1. cap. 5. sect. 8. Joh. Christ. Becm. in Conspect. Polit. cap. 23. de subdit. p. m. 110. Osiand. ad Grot. d. l. quibus annumerant Ærodius rerum Judicat. Lib. 10. tit. 11. c. 3. p. m. 610.* Et quis omnes recenseret? Qui tamen in diversas iterum sententias abeunt, neque iisdem ubique rationibus innituntur.

§. 9. *Grotius* singulis migrationem vindicat, nisi societatis interfit; non verò cœtibus; sicut, inquit, aliud est ex flumine aquam haurire, aliud rivum diducere. Eumque sequitur *Kulpisius, Huberus & Wicquetfort.* Civi adoptato discessum facilius tribui quàm Originario asserit *Conringius*, *Grotii* cæterum vestigiis insistens. At originario jus migrandi facilius competere ac ascito putat *Wicquet.* Porro multitudini etiam discedendi jus tribuit *B. à Pufend. & Virrarus d. l. 9. 38.* Si enim singulis liceat pro arbitrio migrare, cur non idem liceret pluribus, quibus sedem fortunarum eodem tempore transferre commodum est; limi-
tant

tant vero hanc assertionem variis modis: puta si obsidio imminet & imminuto virorum numero respubl. exitio exponatur. Si grande æs alienum conflatum, nec paratus discessurus portionem exolvere. Si lege publica discessus inhibitus; si hostili intentione discedatur &c. de quibus *infra*. Qui subditis negant Jus migrandi, provocant ad obedientiam magistratui ex jussu divino præstandam, ad amorem patriæ, ad testimonia aliorum, ad jus majestatis tam in personam quam in bona subditorum competens &c. Quæ accuratius ponderari poterunt, ubi de natura unionis civilis & an ejus requisitum sit perpetuitas, paulo penitius viderimus.

§. 10. Causæ Civitatum constituendarum, si verum fateari liceat, longe aliæ fuisse videntur, quam nunc sunt constitutarum. I. e. longe alia ratio fuisse videtur primæ originis civitatum & succedentis incrementi imperiorum, quam quæ hodie est manendi in statu Civili eumque conservandi & approbandi. Causæ propter quas hodie consistere debent Respubl. sunt repressio malorum tum ab exteris & vicinis tum à civibus & subditis ipsis sibi invicem imminentium, item affluentia bonorum, & commoditas ac elegantia vivendi, cultura scientiarum & artium. Brevi: elegantior animi & corporis cultus.

§. 11. Causas vero, propter quas inceperint Societates civiles, plerique easdem constituunt, quas jam dedimus. Certè in eo conveniunt: civitates sponte constitutas fuisse, ut bene sit in iisdem viventibus. Ita alii ob cultum divinum in civitatem coivisse homines dicunt; qui tamen in minoribus societatibus æque obtineri potest, neque ab imperio humano dependet. Alii (2) commodius & lautius vivendi gratia excitas Respubl. putant. Qvanta enim hodiè, inquit, elegantia, mundities & cuicumque indigentia sublevandæ parata instrumentorum copia? Vestimentum quotidianum non minus quinquaginta opifices sui auctores agnoscit, & quot quæso suppellex, quot operarios palatia habuerunt? Sed vereor, ut hic luxus prævideri potuerit ante institutas Civitates; cumque
 B nul-

nulla sit ignoti cupiditas, quis diceret ejus desiderium fuisse earum causam? Vereor ut statim placuerit etiam si prævius; & vereor ut multum laudis mereantur, Deiq; præsidio adeo commendatæ dici possint societates, quarum primarius finis tendit ad rem Numini maximè exosam. Sufficiens verò apparatus mediorem vitæ tolerandæ necessariorum in minoribus etiam societatibus obtinebatur. Neque enim vero videtur simile, quod (3.) dicunt alii, solius vitæ servandæ gratia multos in civitatem venisse. Poterat enim huic egestati Societate herili occurrere & quid profuisset famelicis civilis societas, nisi ut se invicem magis absorberent? Alii denique (ut eos prætereamus, qui ignis miraculo, artis culinariæ vel defensionis ab insultu ferarum gratiâ vel solo naturæ impulsu homines in civitatem raptos fingunt, *Feldenus ad Grot. 1.4.7.*) civitates aucta hominû & imprimis malorum multitudine institutas à bonis putant, ut hi insultus & injurias illorum juncti reprimerent. Maximè probabilis hæc videtur opinio, si naturalem rationem sequaris. Negari enim non potest, plures malos esse terræ incolas quam bonos & illos odio habere omnem qui ipsis se conformare dubitat; plerorumque etiam tantam ferociam esse, ut oblata spe lucri, voluptatis, eminentiæ, omne ipsis jus vile sit, suffultis imprimis propriæ vel solertiæ vel virium eludendis læsis vel repellendis sufficientium fiducia. Neq; Numinis metus hic sufficit; non enim præsentis mali comminationem involvit, quâ solâ excitatur vis rationis vitio consuetudinis obsurdescens. Misera itaq; foret talis pax infida & debilis ac vel minimâ commodi spe minime læsionis sensu in bellum eruptura, perpetuam requirens diffidentiam (maximum amicitiae impedimentum) & violentæ defensionis studium, quò animi cultura & tranquillitas nimis quantum sufflaminatur &c.

§ 12. Quamvis hæc probabiliter satis asserantur, obstant tamen dubia non levia: (1) Cur boni prius civitates habuissent quam mali, ambitione imprimis turgentes aliosque sensim jugo tyrannidis supponentes? Certè quamdiu mali nondum
in ci-

in civitatem uniti, non opus erat civitatem istis opponere. (2) annon defensio contra malos poterat fœdere temporali, vel etiam perpetuo; sed absque civili & propriè dicto imperio obtineri? ut taceam (3) sanctos & pios patriarchas extra civilem societatem vixisse, & Creatoris tutelæ ac imperio felicissimè subsuisse, cæterùm quemvis familiam suam, amplam satis, rexisse, eômortuo filios prout honesti erant & pii, amicitia & vicinitatis fœdere nexos ingruente necessitate suppetias invicem tulisse, in reliquis libertatem conservasse.

§. 13. Itaque non sine ratione dici posset, vel segrege primò patres familias paulatim fuisse suppressos & Regna propriè dicta ex ambitione & violentia exorta, vel vicinos aut novam sedem quærentes directorem aliquem defensionis & litium decisionis constituisse, qui auctoritate magis quam imperio poleret, cujusque effatis non adeo violenta coactio quàm pudor unitorum vim tribueret. Neque enim illis temporibus absolutæ necessitatis videbatur libertati naturali eousque renunciare, ut vita & bona omnia temporalia arbitrio alterius citra exceptionem subjicerentur. Postea verò particulas libertatis sensim absumtas vel astu superioris liberio rem dominatum affectantis; vel ob supervenientem necessitatem, membra unita ad commodum publicum promovendum torpentia remediis coactivis ad utiles & necessarias functiones adigendi & à vitis paulatim increbescens ac statum communem turbantibus absterrendi; tandem, quo minus præfracta cujusq; dissentendi libido negotiis communibus remoram perniciosam injiceret, ab administrationis societate & voto subditos plane excludendi. Nullibi tamen videntur cives isti primi in omnimodam ejusmodi subjectionem sponte consensisse, sed vel magna necessitate pressis eam obtrusam vel dolo & circumventionem s. bona five mala pededentim elicitam. Ostendunt hoc ex parte vices & gubernatio Imperii Romani, & quæ severiori imperio se subduxerunt Systemata Helvetiorum & Batavorum.

§. 14. Absit interim, ut formam imperii Monarchicam perstringamus. Videtur potius ea præ reliquis præstantior & pro perverso hominum genere ut nunc est, coercendo maxime idonea, à quâ strictiorem imperandi modum reliquæ etiam reipubl, mutuata sunt. *Barcl. Argen, l. 1. p. m. 107. 122.* Nec sequitur: Subditi non sponte abdicarunt omnigenam libertatem, ergo ea injuste erepta fuit; Multa enim sunt, quæ fieri necesse est, nec tamè sponte expectari possunt. Neque ipsius imperii necessitati & justitiæ quid detrahitur, licet non adeo boni communis curâ quàm privata ambitione ducti primi Imperantes subditos fortius constrikerint. Multò plura instrumenta & modi olim ignoti nunc adinventi sunt, ambitioni, luxuriæ, habendi cupidini morem exquisitius gerendi, frenum quo bono publico adstringimur, excutiendi & summa imis miscendi. Quid ni ergo durioribus vinculis ferocientium nisus cœercere liceat? Sane absque unione plurium consistere nequit genus humanum, absque imperio arctiori consistere nequit unio ista, eâ verò dissoluta miserior foret hominum status quàm qui fuisset ante eam initam. Deum autem velle ut homines vivant tanquam homines, evidentissimum est, nec proinde minus evidens justitia subjectionis civilis & simplicis atque perfectæ obedientiæ.

§. 15, Videndum nunc saltem de ejus perpetuitate, ubi iterum duplex quæstio minime confundenda intercedit: (1.) An in universum possit dissolvi, ita ut omnia societatis civilis membra vinculo mutuo eximantur & citra sedium mutationem statum naturalem in perpetuum recuperent. [2.] An certæ Personæ vel imperantes vel parentes inde eximi possint, ut ipsis integrum sit alii postea civitati se adjungere & priori renunciare. Priorem quæstionem omninò negamus, cum ipsum securitatis studium perpetuum sit & temporalis unio post dissolutionem majoris dissidii causam præbere possit; Detexit enim conversatio unitorum bona & vires nocendi vel infirmitatem;
Unde

Unde pro pravâ hominum indole non potest non evenire, ut cupiditas alieni, vel sollicitus nimium timor, vel spes alterum facili negotio supprimendi ad laceffendos eos aliquem impelat, quos alioquin tanquam ignotos non respexisset. Adde, quod ubique dissidiorum fomes ex antegressa civili soeietate superesse possit. Urget philautia cordibus nostris impressa, ut maximi semper æstimemus damnum ex dēnegatione vel læsione nobis intentata eveniens, minimi contra habeamus id, quod aliis intulimus. Quis itaque judicialem controversiarum quotidie emergentium decisionem ex animo utriusque litigantis factam expectabit? quis ita causas sopiat ut neutra pars injuste vel durius secum actum esse putet, ut animi rancor & vindictæ desiderium re judicata in universum evellatur? Remanent plerumque ignes cineri doloso suppositi & sub cujusvis prætextus colore in flammam erupturi ubi privata vindictæ licentia restituta fuerit. Adde, quod omnem cultum & elegantiam dissoluta civitatis Compagine expirare necesse sit; Quid enim tranquilli expectabitur ab iis, qui singulis momentis remedia violentæ defensionis meditari tenentur? Neque tolerandum est ut vel singuli, vel pars civitatis obsequio publico renuncient, in territorio remanentes V. *Pufend.* d. J. N. G. 8. II. §. 3. 4. p. 1328. 1330.

§. 16. Quantum ad posteriorem quæstionem: vel princeps deponit imperium suum, vel subditus eidem se subtrahit. Casum priorem nunc non curamus à Themate nostro planè alienum. Secundum in genere suo affirmamus, ejusque probationes infra dabimus, postquam rationes utriusque sententiæ expenderit: Negantium Prima est amor Patriæ de quo *Ærodius loco supra alleg:* cur licebit civitatem, tanquam militiam deserere, cui nativitate, cui sanguine, cui Divino humanoque jure addicti & adscripti sumus? Atqui, qui militiam deserit adultero aut homicidâ propterea gravius peccat (inquit Aristoteles) quod hic unum aut alterum lædit, ille Rempubl. Quid

de eo igitur, qui civitatem, qui patriam deserit? Jus naturale, jus gentium lædit: Sane ut jura sanguinis non possunt commutari, ita nec originis: (ut Ulpianus ait) Neque recusando quis Patriam ex quâ oriundus est, neque mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mutare potest. Pluribus hæc prosequitur *Arnsf. Doctrin. Polit. Cap. 6. p. 148. seq. & de Republ. 1. 5. Sect. 8. & Osiand. ad Grot. supra alleg. Sed solide discussit B. à Pufend. Dissert. Acad. de obligat. erga Patriam.* cujus rationes in Summam contrahemus: Affectus erga Patriam in se haud quicquam obligationem producit, neq; adeo à natura est, quam ex assuetudine, amore cognatorum & primorum familiarum vel nisu in vetitum, si exilio multemur, ubi amissa bona & dignitas sæpe desiderium excitat vel auget; imminuit contra & extinguit affulgens alibi honor & utilitas.

Neque patriæ terræ quid debemus, (nec enim navem vel alienam provinciam veneramur in quâ forte mater nos peperit;) Sed Patriæ civitati, sub quâ pater fortunarum suarum securitate & emolumento gavisus est; uti enim jus paternæ civitatis à patre in liberos solet transmitti, ita horum quoque nomine pater fidem civitati, dedisse intelligitur. Unde Patria est civitas in qua quis habet sedem fortunarū non solum si ibi natus, sed & si postquam è terra patria penitus migravit, illic receptus est; Erga utramque æqualis obligatio, æqualis cæteris paribus amor. Hactenus ille. Unde concludimus: hanc rationem non peculiarem esse à subsequentibus, nec ad civitatem natalem sive originis restringendam. Neque in quæstione esse, quàm arcta sit ista obligatio (v. g. an Patriæ parendum, pro ea moriendum &c.) Sed, an sit perpetua? Quod nec Ærodius satis affirmasse videtur; Loquitur enim de Personis Patriam ementitis eique renunciantibus in ejus injuriam, ne scil. Victorum in ludis Olympiacis gloria in patriam, cujus adhuc dum cives erant, redundaret. Talismodi verò renunciaciones supra improbavimus. §. 5. in fin. & huc spectat l. 6. pr. ff. ad municipal.

§. 17. II. Quod origine propria nemo voluntate sua eximi possit. l. 4. 5. C. de municip. eiq; rei poena praestituta sit L. un. C. si curial. ita Arnif. supr. alleg. sed vereor ut haec ratio ad nostram quaestionem pertineat; loquitur enim de transmigratione ex uno municipio in alterum eidem summo imperio subiectum, quo casu migrans ejusdem Reipubl. Civis esse non desinit. Eoq; casu legibus Romanis specialiter cautum erat, ut migrans adhuc municipii sui muneribus obligaretur, vid. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 24 Non vero quaerimus quid per leges Civiles liceat, sed quid naturaliter obtinere debeat. Quin & Romani discessum ex imperio suo concedebant. Aërod. d. L. 10. tit. XI. cap. 6. Bod. de Rep. L. 1. p. m. 91. vid. l. 5. l. 12. §. 9. l. 20. pr. de captiv. Nec obst. l. 6. pr. ff. ad municip. quæ de migratione plane non loquitur. Adde loca ex Cicerone pro Balbo allegata apud Pufend. de J. N. & G. L. 8. c. 11. §. 2. Plus itaq; quam probari potest, asserit Arnif. de Rep. L. 1. c. 5. §. 8. 12. Satis enim ipse sibi respondet; hoc aliquando factum ex singularibus rationibus, ne Latinis in Civitatem confluentibus, brevi deserta oppida & agri nullum militem dare possent. add. Liv. L. 41. & receptum saltem denegatum fuisse ob specialia fœdera, quibus cautum, ne quis ex una Civitate in alienam transiret, nisi populus unde exiit ejus rei fundus factus esset v. Aërod. d. l. & de fundis populis Rigaltii Bullialdi & Valleii observationes exhibitas à Gravio in Thes. antiquit. Rom. Tom. 2. p. m. 1925. seqq.

§. 18. III. Quod Patres famil. qui in civitatem coiverunt, singuli singulos pacto intelligantur obstrinxisse, quod ipsi suas vires in commune velint conjungere. Movet hanc rationem & simul ad eam respondet. B. à Busendorf. d. l. idem nimirum in aliis etiam societatibus intenditur, quibus tamen (nisi fraus intercesserit) renunciare integrum est, & poterat Respubl. si, quo minus discedatur intererat lege publicâ hoc prohibere, quod quamdiu omittitur, non praesumitur damno esse migratio, cum praesertim civitates nimia hominum multitudine plerumque laborantes circa imminuendum magis quam augendum civium numerum sint sollicitæ. Si istæ obligationem istam

istam, qua concivibus & summæ potestati adstringimur, esse perpetuam, & necessitatis, quod primò voluntatis erat; neque subditis competere potestatem de commodo vel dispendio publico judicium ferendi; tunc vero reponimus: necessitatis esse istam obligationem, quamdiu cohabitatio durat; an perpetua sit, in quæstione versari. *vid. Hub. d. l.* subtilitatem otiosam redolere, quod jure Romano obligationes personales tanquam ossibus inhærentes vocentur perpetuæ; nam exceptione doli vel pacti enervabantur. *add, l. 112. de R. J.* Denique subditorum, quamdiu tales sunt, non esse inquirere, quousque negotium jussu summæ potestatis determinatum cum commodo Reip. conveniat; ubi vero leges silent, ubi ipsi sibi quid reservarunt, arbitrium ipsorum plane excludi non posse.

§ 19. IV. Si unusquisque subditorum jure divino tenetur ad obedientiam potestati supereminenti; nullus etiam nullo posito pacto poterit discedere invito principe, eo ipso quod debet obedientiam jure Divino *Rom. 13. v. 1. seqq. Ostand. ad Grot. Supr. Alleg.* Possem hic regerere, Jus Divinum positivum hic nihil addere juri naturali, sed illud saltem repetere ejusque observationem inculcare; Jure Naturæ verò, supposita moderna hominum conditione præcipi ut homines subsint magistratui; ut huic vel illi subsint in perpetuum, nullibi juberi. *Vitriar: J. N. & Gent. l. 2. c. 5. q. 31.* Adeoque allegatum textum controversiæ nostræ non rectè applicari: Sed ponam tantisper, rectè inde inferri: neminem invito principe discedere posse; & hoc nihil ad me; quæro enim an princeps in dubio pro invito habeatur? idque nego, nisi justum dissensum suum mature declaraverit. Aliàs relicta libero homini potestas præsumitur svadente fortunarum suarum ratione discessum suscipere, si sui suarumque rerum conservationi (propter quam civili societati se adjunxit] alibi commodius possit consuli. *Vitriar: & Huber. dd. ll.*

§ 20. V. Qui principi se subducit, furti quoddam genus committit, quemodmodum mulier, si discederet à viro, graviter peccaret,

ret, quia est sub illius Imperio; Subditorum vero adhuc arctior nexus conspicitur. *Osiand. ad Grot. d. l.* & pro plagiariis habendi sunt, qui civitati alienæ cives subtrahunt *Arnis. de Rep. l. c. 5. Sect. 8. n. 15.* Facile huic rationi satisfieri potest ex antea dictis §. 18. & 19. scil. non recte dicitur *se subducere* multo minus *furtum committere* qui jure libertatis sibi relicta & principe non prohibente migrat; uxor à viro discedere prohibetur non propter imperium (alias marito hac parte plus liceret) sed quia Numen conjugia indissolubilia esse voluit *Matth. 5. & 19.* Neque enim repugnat, imperium esse temporarium & dissolubile, si finis ejusdem sit obtentus (v. g. in imperio paterno) aut obtineri aliis modis æquè commode possit, qualestquid hic asserendum tam quoad migrantem quam in dubio quoad rempublicam, ex qua migravit. Neque ita crudè subditus dominio patrimoniali principis tamquam res in commercio est accensendus; ut proinde nec huc pertineat regula: nemini jus suum sine justa causa esse auferendum.

§. 21. VI. Parti jus non esse à corpore recedere, nisi evidenter se aliter servare non possit. *Becm. consp. polit. c. 23 p. m. 110. & in not. ad Grot. L. 2. c. 5. §. 24. provocans ad ipsa verba Grot. 2. 6. 5.* Sed neque recte profertur hæc ratio, neque rectè applicatur. Non dicam quod vulgò notum est, locutiones tropicas non probare sed illustrare; parti vero jus recedendi non est, si pars sit essentialis, cujus separatio perniciem, vel mutilationem corpori infert, quod de Republ. unum alterumve Civem amittente dici non potest, præprimis cum alii advenæ locum discedentium suppleant. Deinde Grotius loquitur de parte territorii sive de subditis imperio pristino se subducentibus nec tamen sedem mutantibus. (Ita v. g. urbem obsesam dedere non licet citra extremam necessitatem) tunc enim mutilatur republ. sed hoc nihil ad emigrationem.

§. 22. VII. Provocant ad mores Gentium. Ita de Argivis *Ovid. Metam. L. 15.* - - - prohibent discedere leges
pænaq; mors posita est patriam mutare volenti.

C

Ea-

Eadem prohibitio in Ducatu Mediolanensi, *Arnif. Doctr. Polit. c. 6.* & Parmensi *Menoch. Consil. 1176.* in Moscovia, Tartariâ, Sinâ, Æthiopia. *Simon ad Grot. L. 2. c. 5. §. 24.* *Arnif. d. l.* in Anglia & Dania *Arnif. de Republ. L. 1. c. 5. sect. 8. n. 7.* *Bodin. de Republ. L. 1. c. 6. p. m. 91.* Hispani absque regis Consensu non possunt in Americam trajicere *Arnif. d. l.* Sed si moribus Gentium pugnandum est, ve reor ut multum lucrentur dissentientes; nam in Belgio, Galliâ Germania & ipsa Hispania contrariû observari testantur *Wicqnes. Bod. de Republ. L. 1. c. 6. p. m. 91.* Neque Hispanis migratio in Indi am Occidentalem propterea interdicta videtur, ne injussu Re gis ex territorio discedant, sed ne injussu ejus ad territorium accedant, quod ob situm procul disjectum seditionum maximè capax esse superiora secula ostenderunt. In Exemplis Angli canis quoque non satis distinctè procedit *Arnifæus*, immiscens subditos speciali officio adstrictos, item ad exterorum officia, adspirantes nec patriæ tamen renunciantes, porrò casus neces sitatis extraordinarios, de quibus infra demum videbimus. Imò permissæ renunciationis patriæ per antiquam & propè uni versalem consuetudinem esse, exceptis duntaxat iis provinciis, quibus princeps servili subjectione adstrictis, dominico præest imperio, ostendit *Wicqnesfort. d. l.* Non ergo eo hic utemur ar gumento, quòd gentes cultiores discessum permittant, barba ris fere subditos suos revocantibus; valde enim obscurum est, quænam gentes sint cultiores; multò obscurius, quomodo hæ jus facere & reliquas ad imitationem adstringere; vel quomodo decorum regula justifi fieri possit? Neque opus est ut inquiramus, an pleræque gentes nostram sequantur opinionem? Non enim concedendum est præsuppositum *Wicqnesfort. d. l.* ad Jus Gentium sufficere notitiam observantiæ passim receptæ, nec o pus esse prolixâ rationis ejus indagazione nisi in gratiam homi num in sententia recepta non acquiescentium sed præcon ceptæ altæque radices agentis opinionis præjudicio adeo fasci natorum, ut propè desperatus labor habeatur ipsos in viam re ducere ac saltem debilitas eorum aliis ostendenda sit ne & hi il lo-

lorum præjudiciis occupentur. Nam licet hæc hypothesis pro-
 thesi substratâ suo modo tolerari possit; eam tamen exigui pon-
 deris & ferè ex affectibus prognatam esse perspicuum est. Cer-
 tè si passim recepta eo ipso quod recepta sint justa habentur;
 quid fiet ambitioni, crudelitati, luxui, denegationi suppetiarum
 nisi qua proprium emolumentum elucet &c. In rebus indiffe-
 rentibus mores à gentibus passim receptos jus vocari non nego,
 sed tale, quod neque utentes ipsos obligat, ne ubi visum fuerit,
 mutant, neque alios, ut imitentur. Quid ni ergo rationibus opus
 sit ad ostendendum consuetudinem aliquam vel indifferentibus
 vel necessariis vel inhonestis esse accensendam, utut de ejus re-
 ceptione fatis constet? Proinde ita putamus: mores Gentium
 contrarios assertioni nostræ non magis obesse, quam conformes
 eidem patrocinantur, sed naturam consociationis civilis utram-
 que in decidendo paginam facere.

§. 23. VIII. Qui in Civitate nascitur, vel eam animo ibi ma-
 nendi ingreditur, destinavit perpetuò ibi manere; cumque illi
 semel se obligaverit, non potest jus semel translatum denuò
 transferre in aliam *l. 68. de leg. 2.* Sed ubique obligatus manet
 majestati, cui se totum semel subjecit & ad contractum servan-
 dum modis legitimis (avocatoriis nempe) compelli poterit.
Arnis. de Republ. L. 1. cap. 5. sect. 8. n. 1. vides B. L. hic iterum partim
 ex falsis præsuppositis agi, partim non recte inferri. Primò
 quidem separandæ sunt destinatio & obligatio; illa utut perpe-
 tua sit, non hanc statim talem facit. Destinatio si per se produ-
 ceret obligationem, non possent mutari leges, ultimæ volunta-
 tes, studiorum genera, & alia; hic itaque perpetua est regula:
 Voluntas posterior derogat priori. Subjectio an perpetua sit,
 in quæstione versatur, & licet talis esset, nova tamen rerum fa-
 cie apparente eam cessare cæteris paribus nihil prohibet, præ-
 primis si imperantis vel societatis non adeò interfit. Est enim
 hæc natura etiam reliquorum contractuum, ut intelligantur,
 rebus sic stantibus nec extendantur ad non prævita. Adde quod
 contractus societatis (ut antea monuimus) à perpetuitate exci-
 piatur.

§. 24. Putamus itaque in eos qui sedem fortunarum transfulerunt, regulariter nullum jus avocandi superesse; nihil enim in prima civitatis constitutione inter populos contrahentes de perpetuitate inevitabili, sed id potius actum videtur, ut obligatio maneat dum durat cohabitatio; hanc verò mutare liberum sit, quippe quod ad rei familiaris commodum & saepe necessitatem maximè conducit, publico autem nihil præjudicat. *Huber. de Jure Civit. L. 2. sect. 2. cap. 1. Ziegl. ad Grot. L. 2. c. 5. §. 24.* Nam liber homo civitati se adjungens non glebæ adscribi se pati nec curam sui suorumq; prorsus abjicere, sed sibi potius præsidium circumponere suamq; felicitatem promovere velle censendus est; cui finis, ubi satis non prospici, nec tamen postulari potest ut resp. propterea reformetur, migratione eum sibi consulere posse quin dicamus, nihil obstat. *Vid. plura apud Pufend. de J. N. G. L. 8. c. 11. §. 2.* Publico autem nullum inde detrimentum enasci, sed ejusmodi libertatem saepe causam esse majoris frequentia aliunde resultantis vel nimia multitudinis coercendæ vel egregios viros aliunde adsciscendi probat *Huber. d. l.* exemplo Hollandiæ earumque imprimis urbium, in quibus abeundi libertas minimè est restricta. Neque facile metuendus discessus eorum, quibus instructa familia est, nisi videant sibi tanquam Reipubl. exosis vel contemptui habitis nullam spem superesse, commodum suum promovendi, vel nisi ad honores alibi suscipiendos vocentur; priori verò casu nihil perdet Resp. amittendo eum cujus servitia respuit vel ipsum iis inhabilem credit; posteriori casu oblatae spartæ adeptionem impedire velle non aliud esset, ac libero homini imperare ne de se quicquam speret, vel rebus egregiis aliquando gerendis studeat. Denique cælibes adhuc & singulos, antequam certo vivendi generi se mancipent, loco certo includere velle æqvitati & moribus magis adhuc esset adversum.

§. 25. Neque distinguimus inter originarios & adscitos, quamvis alii hos, alii illos arctiori vinculo ligatos putent. Qui originarios magis obstringi putant, prætendunt amorem erga patri-

patriam, in quem supra inquisivimus §. 16. & sufficiens deficere videtur ratio cū majori amore digna sit patria sorte assignata quā civitas destinata propensione electa. Qui ascitos arctius ligatos credunt obtendunt expressam & jure jurando confirmatam subjectionis promissionem, quā nemo seipsum eximere possit, sed absolutionem à juramento ex consensu imperantis expectare eaque non impetratā in officio persistere debeat; Sed brevibus reponimus; juramentum non novam & separatam producere obligationem, neque augere eam, quæ ex promisso præcedentinata est, sed arctius vinculum superaddere, comminationem scil. certissimæ Numinis vindictæ, nisi id, in cujus fidem sanctissimus testis invocatus est, impleatur. In subjectione vero non id agi, ut perpetuo obstringaris, supra assertum est; ergo nec id ex adjecto juramento præsumetur, quod licet latius quodammodo explicandum sit, nec reservationes vel restrictiones inusitatae admittendæ, cum Deus ad declarandam sinceræ mentis intentionem invocetur; explicatio tamen probabilis esse debet materiæque substratæ accommodata, & sufficit, si id quod promittitur, quantum ad finem obtinendum necesse est, plene præstetur. Ad finem verò civitatis obtinendum unius vel alterius civis perpetua præsentia non requiritur, neque ergo inusitata est hæc restrictio, sed regulis bonæ interpretationis plane conformis, quia præsumenda non est renunciatio intentioni contrahentium non necessaria, neque absolutione à juramento opus est ei, qui de perpetuitate subjectionis non juravit.

§. 26. Difficilior succedit inspectio, an gregatim discedentes in dubio possint revocari? Affirmat hoc Grotius sæpè citatus & cum eo Huber. Wicquet. Ku/pis. aliique plures; ex necessitate finis, quæ jus facit in moralibus; nam si idliceret, civilem societatem subsistere non posse; sicut aliud sit, ex flumine aquam haurire, aliud rivum diducere. Contra Negat B. à Puffendorf. de. J. N. & G. l. 8. c. 11. §. 4. & in dissertat. de obligat. erga patriam §. 37. Srenim singulis liceat pro arbitrio migrare, cur non idem lice-

ret pluribus, quibus sedem fortunarum eodem tempore transferre commodum est; Nec ad rem facere, quod Civitas ita debilitetur; nam qui jus non habeat me invitum retinendi, illi non fieri injuriam, si futurum aliquod commodum nondum debitum intercipiatur. Nec necesse esse, ut civitas aliqua semper tot myriadas civium in formidinem vicinorum ostendet. Licet denique hæc vel illa civitas migratione gregatim factâ debilitetur vel desoletur, non tamen ideo societatem civilem, cujus solius, non unius alteriusve civitatis perpetuitatē natura intendit, inter homines perire, sed unius decremēta alteri incremento cedere. Pensitantibus nobis utriusque opinionis fundamenta videtur posterior prævalere, sed exceptiones contra rationes prioris unum alterumve dubium pati: Cogitandum, an discessus civium vera debilitationis & desolationis causa vocari possit? Simile Grotii à flumine multas patitur instantias, & pari felicitate ad contrariæ opinionis dilucidationem applicatur; prætereunt aquæ neque redeunt, diffluunt, & alveo excedunt, sed succedunt aliæ; Unda undam trudit, nec decursu minuitur; Rivi diductio magis sedium retentionem cum renunciatione obsequii illustrat quam migrationem. Erunt semper, qui derelictas aliorum sedes occupant iisque in reparandâ civitatis penuria succedunt; alliciet eos imminutio onerum publicorum frugalitate publica facile pensanda, & talis regiminis dispositio ex qua erga subditos amor elucet. Non discedent gregatim cives (si specialem periculi publici casum, de quo nunc non loquimur, excipias) bono principi & prudenti subiecti vel certe non deerunt alii locum discedentium suppleturi. Nisi fortè cæli spirabilis intemperies, solive sterilitas commerciorum abundantia non pensanda desertionem sedium urgeat; at hæc lege prohibente obex opponi potest. Quibus præsuppositis negare malumus ipsam rationem Grotii quam ejus applicationem.

§ 27. Non tamen ita generaliter negamus jus avocandi, quin certis casibus exceptionem fateamur: talis deducenda erit

(1.)

[1] ex modo consociationis, ad quem ante omnia respiciendum, esse monet *Boeclerus ad Grot. d. l. se. si imperium principis propius accedat ad herile, puta si bello & absoluta deditioe acquisiverit subditos olim hostes aut imminente certæ & extremæ perniciæ eripiendos absque conditione in fidem recipiat. Add. Grot. l. 1. c. 3. §. 8. n. 3. ¶ 6.* Hi enim uti omne de se statuendi arbitrium ita & migrandi jus abdicarunt, quandoquidem Imperium intra humanum modum subsistit; & his casibus rectè dicitur subditos magis esse propter principem quam principem propter subditos; unde licet discessus legibus expressis non prohibeatur, consensus tamen principis expectandus est, quo neglecto non avocari modo qui sese subduxerunt, in eosque tanquam majestatis reos animadverti, sed & civitatis eos recipientis subditi & bona jure represaliarum detineri possunt. Quod si vero intolerabilia & humanum modum excedentia subditis ejusmodi absolutis à principe inferantur, dubium non est, fugam ultimæ calamitatis remedium ipsis super esse; quemadmodum enim alii subditi commodi proprii curam, quâ absque evidenti detrimento publico obtineri potest, dum in rempubl. coiverunt, non planè censentur abjecisse ita dediti, dum extremæ miseræ evitandæ causâ in fidem concesserunt, similis saltem mali declinationem reservasse censentur, cui impediendæ nulla vel apparens ratio ex parte tyranni prætendi potest.

§. 28. Secunda exceptio pendet ex imminente Reipublicæ & per discessum incrementa capiente periculo. Ubi distingvendum videtur, an discessus intuitu hujus periculi suscipiatur, an superveniat periculum ubi quis discessum jam meditatur. Priori casu avocatoria rectè decerni dubium non est, cum finis iste principalis sit unio civilis, ut etiam cum discrimine singulorum velint cives Reipublicam defensum ire & publicam conservationem, quantum junctis omnium viribus fieri potest, ab incusso per exterios periculo vindicare. Nihil itaque proficeret unio civilis, si ubi ad finis primarii obtentionem res deveniret liceret spem reliquorum fuga contra pactum inita eludere, perinde

inde ac societates privatæ intempestivo discessu non solvuntur quoad renunciantem, sed quoad eos, quibus renunciatio facta est. *L. 65. § 3. π. pro socio.* Hoc tamen casu iterum videndum, an discessurus aliis modis quam subjectionis continuatione reipublicæ satisfacere possit, puta si speratis ab ejus persona militari operis alium æque idoneum substituatur aut multi æris alieni collatione publice facta ad redimendum reipublicæ interitum exsolvendi partem sibi incumbentem offerat, vel, si nondum liquidum sit, cautionem præstet, quod paucis eleganter complectitur Huberus: si abiturus offerat id quod interest. *add. Grot. 2. 5. 24. 2.* Neque recte duram se discessuro præbere eumque his casibus retinere potest summa potestas sub prætextu, quasi magis è republica sit ipsum tempore periculi manere. Quamvis enim aliàs an ex jussu principis satis consulatur commo publico à subditis non inquirendum, sed vi obsequii quod debent, simplicis hoc præsumendum sit; cum tamen ex consensu populorum præsumto inhibito discessus arbitrio imperantis non simpliciter censeatur relicta; æquum erit, ut reipublicæ causas interesse sui, & cur manere præstet, exponat, nec absque ratione prægnante discessum impediatur; prægnantes verò rationes non multæ dabuntur in civibus speciali officio non fungentibus, postquam conductus & armis assuetus miles magis opponi solet violentiæ hostili ac civis, & postquam præjudicium olim commune: fortius pugnari à civibus pro aris, focis, uxoribus, liberis, fortunis, quam à milite, qui nihil quod perdat habet, præter vitam ubique terrarum sustendendam. fere sustulit experientia docens timidiore esse ad pugnam quibus res ampla domi, uxor, familia, fundi vitæ in discrimen vocandæ obesse solent. Quæ ratione etiam non licebit periculum fingere vel longe adhuc remotum allegare, v. g. si bello civitati jam indicto aliquis ex urbe non limitanea ob rationes privatas nunc emergentes, v. g. mercator ob prostrata commercia, Doctor ob dispersos studiosos abire velit; dummodo ad hostem non transeat.

§. 29. Altero casu, ubi discessum meditante cive supervenit civitati periculum, retentione ejus felicius avertendum, non quidem avocari poterit qui jam transtulit fortunarum sedem quia tempore periculi non amplius membrum est illis civitatis; qui vero ibi superest licet in pro cinctu migrandi, recte retinetur ut ut etiam abeundi consensum expressum à republ. obtinuerit antequam se exeruerit vel incrementa sumserit necessitas; quam diu enim in civitate degit, subditus est, cui defugere non licet servitium gementi civitati præstandum, nec consensus ipsi impertitus ad noviter emergentia & non cogitata extendi potest. Æquè tamen & facilius dimitti debet, si indemnem præstet civitatem, ut §. *preced.* dictum est.

§. 30. Tertia exceptio oritur ex legibus publicis discessum prohibentibus; Lege enim semper posse caveri, ne imposte- rum discessus aliter quàm veniã publicè impetrata instituatur, asserit post reliquos, quos inspicere licuit, *Huberus*. Sed dubitari poterat, cum lex sit jussus imperantis quàm talis; in absolu- tam verò perpetuitatem subjectionis cives liberi non consen- sisse, neque hæcenus arbitrium suum ipsi subjecisse præsuman- tur; an hæc materia objectum legum fieri possit? Videtur ita dicendum: qui post latam de prohibito discessu legem in Rem- publ. concedunt, ei, ut reliquis reipubl. juribus, subjecisse se præ- sumuntur: qui tempore publicatæ legis cives sunt, nec statim dis- sensum declarant, itidem consensisse dicendi sunt; qui ve- rò statim protestantur & in continenti facultatem migrandi ex- petunt, iis eam denegare durum esset; qui demum in futurum sibi libertatem discedendi contra prohibitionem protestando reservant, eos non audiendos esse rectè dixeris, dummodo sal- va iis maneat electio, nisi legem agnoscere velint, statim (reli- cto tamen aliquo pro reb9 suis componendis spatio) discedendi: aut ubi ipsis manere visum fuerit, placitis publicis sese subjici- endi; quantumcunque enim libertatis sibi reservaverint sub- diti, ejus tamen persecutio insigne semper temperamentum recipit, ubi cum Imperante speciali sanctimoniã eminentique

D

auto-



autoritate circumsepto agendum est. Itaque brevibus: etiam leges discessum prohibentes ex tacita subditorum voluntate vim obligandi accipiunt.

§. 31. Addimus hic iterum, quam supra tetigimus exceptionem: nisi impia jubeantur vel intolerabilia inferantur iis, qui discedendi jure jam cesserunt. Quo spectat imprimis atrocitas vinculorum conscientis injectorum, adigendo subditos ad religionem ex ipsorum persuasione falsam & impiam; Cujusmodi dirum & vix memorandum facinus à Galliarum Rege patratum superiores anni exhibuerunt: hospitationes dimacharum & cruciatus non ad mortem adeò quam insaniam ducentes miseros patrium cultum ejurare recusantes, omni interim exitu vigilantissimâ & armatâ solertiâ præcluso; quibus excusandis ne minimam speciem vel Christianismi vel statûs ratio præbere potest. At cornua obvertere injusto principi sed principi tamen, vetat amor publicus, nullâ ex immani ærumna evadendi spe, præter fugam necessariam, relictâ, adde *Becm. diss. de Jure recipiendi exules fidei socios Cap. 1. per tot.*

§. 32. Quartam exceptionem repetimus ex pacto speciali, quò officiiis publicis [& imprimis Reip. gubernaculis] admotim perpetuo in Republ. se perstituros promittunt, vel promittere censendi sunt. Hi enim, uti publicis plerumque fruuntur salariis, ex quibus ipsis sat bene esse potest, ita sæpe conscii sunt potissimum Reip. arcanorû quæ quidem reticeri possunt etiam post discessum, nec solent novi principes ad ea exponenda advenientes cogere, periculosum tamen est salva fide pristinâ novæ fidei satisfacere; adde, quod non modò ministrorum principis sed aliorum quoq; officialium mutationes frequentiores non sine reipubl. damno accidant, & liberum fuerit officium ambienti privatâ sorte contentum vivere, nisi Reipubl. arctius & totus adstringi vellet, denique soleat fere ad munera publica admissis discessus citra veniam impetratam præscindi: *Add. B. à Pufend. Diss. De obligat. erga patriam. §. 36. & 38.* Sed hæc limitatio ad expectativas officiorum futurorum re-

etè

Et extendi non videtur, nisi expectivatus jam certis emolumentis fruatur; quò tamen casu sufficeret restitutio acceptorum ejusque quod interest, nisi generosa principum clementia eam condonaret & indecorum sibi haberet beneficia præstita quamvis finem speratum non assequentia repetere. Ex quò etiam de alumnis academicis facile erit judicium.

§. 33. Restat, ut inquiramus, an subditi clanculum migrantes nec saltem denunciante discessum revocari in territorium possint? cujus decisioni præmittenda quæstio: an abituriens discessum publice indicare debeat? id ex debito aut decoro observandum esse, cum civitatis plerumque intersit, nosse civium numerum; nisi migraturus certis ex argumentis colligat, civitatis nihil interesse, gnarâ ipsâ an insciâ quis discedat; asserit. *B. à Pufendorf. de obligat. ergâ patr. §. 36.* Vix equidem certi quid in genere determinare possim ob varias subditorum conditiones variaque ipsorum onera, varias denique civitatum fortunas; videtur tamen in dubio id honoris civitati tribuendum ne insciâ ipsâ quis excedat, id quod forte sub decori aliàs nullam obligationem producentis conceptu innuit Pufend. uti sub debiti conceptu videtur comprehendere casus, ubi discedere sine summæ potestatis consensu non licet, vel certa saltem bonorum evehendorum portio reipubl. relinquenda est. Neque regulariter abiturientis judicio relictum puto, an id nosse civitatis intersit; cum indicatio ejusmodi nullum discessuro detrimentum inferat & reipubl. tamen quodammodo utilis esse possit. Nisi videlicet egenus sit & abjectæ conditionis, vel ad tempus saltem in republ. degat. Cæterum in salutato magistratu discedens vel gabellæ oneri se subducit, vel saltem impedit distinctam numeri subditorum notitiam; utroque casu peccat quidem; non tamen in priorem Rempubl. revocari nec infamiâ notaria potest; tum quia in ejus personam primæ civitati tantum juris non superest, tum quia huic aliis modis satisfieri potest; priori enim casu, si nihil bonorum discedentis in civitate restet, poterit novi magistratus subsidio census

emigrationis extorqueri, aut hoc officium facere recusante vel tergiversante tantum ex bonis suorum subditorum jure repressaliarum retineri; posteriori casu sufficiet civitati prioritalia ex postfacto comperisse; & si peculiariter ejus interfit, eadem quæ priori casu satisfactionis remedia patent.

§. 34. De censu quoque emigrationis brevibus dispiciendum; non quidem quantus, & quibus personis indicetur; hisce enim explicandis alii jam incubuerunt, *vid. Fritsch. Exercit. Jur. Publ. P. 1. disp. 4. de Jure detractionis & emigrationis. & P. 2. disp. 4. de Jure emigrationis & detractionis. Simon. Præsid. Academ. P. 2. Diss. 11. de Jure Emigrandi. ibique innumeri ferè allegati Auctores.* Sed quò fundamento exigatur? Pleriqve putant id fieri in compensationem damni ex discessu in Rempubl. redundantis; Cui tamen opinioni obstat, quod suo jure utens neminem ita læsisse dicatur, ut ad reparationem obligari possit, quodque interceptio lucri futuri incerti nec jure perfecto debiti resarcitionis lege eximatur. Neq; video, quid huic objectioni sufficienter responderi queat? An ita dicendum: gabellæ exactionem eodem se habere modo quò abitus prohibitionem? cum enim hæc publico consensu, ut supra ostensum, fieri possit, cur non & illa quæ minor est? eique sententiæ favere, quò detraçtio non ubique locum habeat, nec alicubi in dubio recepta præsumatur, itemque juris duri, iniqui &c. nomine indigitetur? *vid. quæ collegit. Dn. Simonis in d. Diss. de Jure emigr. cap. 4. & 5.* Sed amplius adhuc adstrui potest detrahendi facultas in gratitudinem protectionis, potissimæ ampliandi patrimonii occasionis, cujus certa requiritur determinatio, ne ab ingratias ad rem minimam reducatur; dummodo tamen tollerabilis sit nec magna bonorum parte migrantem exuat. Poterat nempe Princeps majuscula onera injungere subditis non modo pro avertendis periculis instantibus, verùm & in præsidium contra futura; quidni etiam à discedente aliquid exigere, quod absque jactura notabili erogari & sub novo imperante adepta pingviori conditione facile recuperari poterit.

§. 35. Ex

§. 35. Ex dictis tandem resolvi poterit quaestio: an Minister ad Rempubl. cujus olim subditus fuit, sub charactere Legati missus privilegiis Legatorum, & imprimis exemptione à Jurisdictione ejus ad quam mittitur, fruatur; quod omnino afferendum; quia dum vinculo ipsius liberatus est, nihil quoque potestatis ea in ipsum retinet. Et si pristinae subjectionis memoria talismodi honoris dignationem non patiat, poterat admissio hujus personae detrectari. Jure nempe Gentium non necessariam sed arbitrariam esse admissionem legatorum in aperto est. *Pufend. de J. N. & G. L. 8. c. 11. §. 3.* & latius haec ex principiis Juris Gentium & politicis deducens *Wicqvesort. dans l'Ambassadeur L. 1. c. 11. per tot.*

§. 36. Habes, L. B. Theses recensitas magis & propositas quam elaboratas, ventilationi tamen forte sufficientes. Suppleri poterunt exempla & consuetudines locorum etiam circa modum avocandi, quae partim temporis, partim aliae rationes interceperunt; Quod si ulterius frui detur divina studiorum benedictione excrescent forte haec primitiae in tractationem aliquanto majorem, inprimis ubi distinctiora & fecundiora dies supeditaverit, nam allegationum fertilitatem, at ubi evolvas, tractationis sterilitatem invenies apud plerosque, de censu magis quam jure emigrandi proprie dicto sollicitos. Quod si etiam documenta forte rerum publice gestarum unum alterumve casum assertis nostris prima fronte non convenientem exhibuerint; cogitandum de singulis circumstantiis, numne sub limitationibus nostris jam comprehensae decisionem pepererint nobis non contrariam; cogitandum etiam jure gentium externo multa tolerari, quae interiori justitiae ex asse non respondeant, vel denique paratum me esse ubi meliora prolata & probata fuerint, ex tempore ad omnia ista transiturum. Inquirenda est veritas, inveniendi nihil invidendum, frustra quaerentis labori non detrahendum.

S. D. G.

§. 1. Ex dictis tandem relati potest: in Minister
 ad Republicam: cuius omnia subdita sunt sub charta Regis
 nullius in partibus legibus legatorum: in primis exemptionis: in
 ditione: quod quum antequam: in ditione: quod quum antequam:
 dum: quum dum: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 potestatis in ipsa: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 tractata: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 nullio: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 necessitate: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 pro: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 episcopi: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 §. 2. Ex dictis tandem relati potest: in Minister
 ad Republicam: cuius omnia subdita sunt sub charta Regis
 nullius in partibus legibus legatorum: in primis exemptionis: in
 ditione: quod quum antequam: in ditione: quod quum antequam:
 dum: quum dum: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 potestatis in ipsa: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 tractata: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 nullio: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 necessitate: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 pro: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 episcopi: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 §. 3. Ex dictis tandem relati potest: in Minister
 ad Republicam: cuius omnia subdita sunt sub charta Regis
 nullius in partibus legibus legatorum: in primis exemptionis: in
 ditione: quod quum antequam: in ditione: quod quum antequam:
 dum: quum dum: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 potestatis in ipsa: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 tractata: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 nullio: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 necessitate: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 pro: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 episcopi: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 §. 4. Ex dictis tandem relati potest: in Minister
 ad Republicam: cuius omnia subdita sunt sub charta Regis
 nullius in partibus legibus legatorum: in primis exemptionis: in
 ditione: quod quum antequam: in ditione: quod quum antequam:
 dum: quum dum: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 potestatis in ipsa: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 tractata: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 nullio: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 necessitate: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 pro: in ditione: quod quum antequam: in ditione:
 episcopi: in ditione: quod quum antequam: in ditione:

J. D. G.



PERILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO,
GENEROSISSIMO
DOMINO
DNO. NICOLAO

Bannerhero & Baroni nobili

à

GERSDORFF,

Dynastæ in Baruth Bretnick, Hennersdorf,

Kreckvitz, & Rackel &c,

SERENISSIMI & POTEN-

TISSIMI

ELECTORIS

SAXONIÆ

Sanctioris Senatus Directori

Satrape

Summoque Provinciæ per Marchionatum

Lusatia Præfecto,

quem

9477 5704

Quem AULA
Per Quatuor Patriæ Patrum

felicissima regimina
MIRACULUM suspicit,

Provinciae Saxonicae

TUTELAREM venerantur;

MUSÆ

Apollinem colunt

Leves hæc pagellas,
perenne tamen devoti obsequiū
&

gratiæ olim
in patrem defunctum immeritum
effusæ

piæ recordationis documentum
sub intimo voto

ut in eo aliquando succedere detur
consecrat

Se simul proprium hominem commendat

Humillime

JOHANN FRIDERICUS PRINTZ;
Budissin.

VDA

M

Per. dig.



H. N. II 150.
h. 39, 19.

JUR
CI

Ind
in A

DN.

JOHA

85353/ 

polici,
ANDI

OLAS

no,
Juridici
SIENSI

EYERI,
errimi,

mi
i
1695.

S PRINZ,

NIS.

H. D. ...
442
40

